

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Opera**

P. 1-3 nebst Inventarium

**Gerson, Jean**

**[Straßburg], 1488**

Tractatus de nuptijs ecclesie etc.

[urn:nbn:de:bsz:31-300759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-300759)

generali constanti. concilio. p. dñm cancellari  
um ecclesie parisiensis Anno dñi. Decccc  
xxij. die dñica. xxij. Januarij qua die fuit  
festum beatissimi patris Anthonij

**Tractatus eiusde**

in quo soluit questiones in pcedenti simo/  
ne motas et tunc breuitate tempis vigen/  
te non solutas.

**P**roprie facte sunt in chana ga  
lilee et erat mater Jesu ibi et  
Alis et tu nobiscum pia  
mater Jesu / quis te petente  
ministratur nobis hodie Vi  
num sapientie salutaris sancte qz deuotio /  
nis qd vt fiat te salutamus dicentes aue  
Nuptie et. Sup quadruplici themate hu  
ius deductione coram scra constanti. syno /  
do tenuimus alias modū non dialogi so  
lius sed teralogi quemadmodū quattuor  
esse filias sacre sapientie eo tunc notatum  
est quoz nomina et officia duplex. hoc opa  
mentū pandit. **A**sa gesta docet qd credas  
allegoria. **D**oralis quid agas / quo redas  
anagogia. Porro subintroduca est studi  
fitas speculatrix ancilla sapientie non in /  
dustria que multas ab his sororibus que  
stiones sup nuptijs hodiernis / ab allego  
ria scipue potuerat **E**t quando de gloriosis  
simo anachoritam Anthonio cui tunc  
celebris erat dies exorsit deuotio verbum  
fidei / qm insup breuitas amor plurima tā  
dictata linquere iussit. repetit sepe et multū  
eadem studiositas auida sciendi quatinus  
in medium pdeant omisa. hinc moze ge  
rere pgnatit familiaritas secū velut a puero  
traducta / **E**rat autem sextuplex ad alle  
goriam studiositatis questio **P**rima qui  
bus adornata est dotibz eccia sponsa a xpo  
sponso suo / **A**ltera qualis est habitudo cri  
sti sponsi ad ecciam sponsam. **R**ursus vice  
uerfa qualis est habitudo sponse huius ad  
sponsū suū et ad eius vicariū quem ap  
pellamus summū pontificem. **A**mplius  
quarto qualiter et qz vtiliter deus carnale  
coniugium voluit huius spūalis signū eē.  
**S**ubinde quo pacto materialis eccia spi  
rituale significat sic vt mutuas sibi laudes  
et noia cōiect. **D**emū sexto quibz modis et  
locis sacre scripture figuratur he nuptie cri  
sti et ecclesie. **E**t quidem allegoria tradi  
dit dōratam ecclesiam a xpo vini bonitate

quod vinum est non materiale qd multuz  
potatum sicut loquitur sapiens irritatiōez  
erum et ruinas multas facit et in nouissi  
mo mordebit vt coluber a quo opposuit sapi  
ens abstinere carnem suam vt animū suū  
transferret ad sapientiam **V**inum igitur ta  
le sed electissimum spūale et theologicū itel  
ligimus / prius optimum iocūdistimū et sa  
natiuum quod sensit semiuuus a samari  
tano curatus / hoc est vinum sacre scriptu  
re recreans viuificans atqz lenificās cor ho  
minis mira iocunditate spūs. si fuerit in so  
brietate potatum iuxta monitiōez aposto  
li **N**on plus sate qz oportet sate / sed sate  
re ad sobrietatem que sobrietas est humi  
litas. **D**efecerat olim vinum istud i nu  
ptijs quas ab Abel iusto imo et ab Adam  
deus ppositum voluntatis sue disposu  
erat celebrare. ita vt iure dici posset vinum  
non habent / habebant nec negamus pau  
cissim i admodū vinum istud sapientie sa  
lutaris. **S**ed quid inter tot et tantos illud  
erat / potabant passim plurimi vinum pre  
stitutionis de aureo calice babilonis quo  
meretrix illa magna vanitas secularis in a  
pocalipsi inebriabat reges terre **D**e quo a  
pud moysen fel inquit draconum vinū eo  
rum et venenum aspidum insanabile. **E**t  
antea vna eoz vna fellis / et botrus amaris  
simus. **V**inū istud si nescis est sapie terre  
ne animalis et diabolice mixtum erroribus  
impijs / heresibus et blasphemijs quasi to  
tidem reptilibus venenatis. cuius toxica /  
ta fer non est exinanita bibent et eo omēs  
peccatores terre. **A**uero dum aduenit xps  
cum discipulis suis ad mysticas eccie nup  
tias / dum affuit ibi mater Jesu que illumi  
nata vel illuminatrix interpretatur ppinatus  
est vinum bonuz sapie que de sursum est p  
reuelatiōem habitum qd reseruatū est vs  
qz adhuc. i. dum aduenit plenitudo tempo  
ris quando gratia et veritas p Jesum xpi  
stum facta est / quando pterea tristicie et tri  
bulationis aquam conuertit in vinum le  
ticie spūalis **A**udi quomō. **S**ed quia in  
quit hec locutus sum vobis tristicia imple  
uit eoz vestrum / ecce ydrias plenas aqz vs  
qz ad summū. **S**equitur admiranda con  
uersio dum subiungit **S**ed tristicia vestra  
conuertetur in gaudium / hoc antea pdixit  
rat ipse dum ait. **B**eati qui lugent quoniaz  
ipi consolabuntur. **H**ic autem luctu has  
lacrimas inducit vinum sacre sapientie cō

punctuum/ eo q̄ in multa sapientia multa sit indignatio ait *Ecclesiastes*/ et qui addit sapientiam/ addit et laborem *Ostendit* quippe sapientia et sapere facit quæ admodum nascimur natura filij ire/ filij mortis eterne/ nescientes introitum et exitum nostrum quia nemo scit an amore vel odio dignus sit in hac valle lacrimarum/ quantumcunq̄ ascensionem disposuerit in corde suo *Utrum* sunt hec abscondita a sapientibus et prudentibus huius seculi propterea ducunt in bonis dicitur suo/ querunt hic consolationem suam/ id sequitur/ quod est omnium pessimum atq̄ miserimum transferunt in affectum cordis/ dum dulcescit iam in eis acerbissimum iniquitatis vinum doctrina bibunt erroneas impias et blasphemias pro veris quibus aque furtive hereticorum dulciores sunt/ et panis absconditus qui se palam prodere non audeat suauior. **¶** Nunquid istud est vinum super cuius defectu coque sta es o misericordissima mater *Ihesu*/ dicens et insinuans/ vinum non habuit. non vitis/ sed postulabas vinum aliud pro nuptiis christi filij tui et ecclesie/ vinum sacre scripture vinum theologicum/ quod ab initio propinavit ecclesie sue filius tuus frater et sponsus. **¶** Sed ecce pro ebrietas vinum istud euangelice doctrine merum/ factum est quasi plenum mictro/ multiplici mictione. *Miscet* auaricia turbidam et scensam aquam sapientie terrene quam exquisierunt filij *Agar* secundum traditiones hominum *Hec* est ardens cautela et astucia conquirendi diuitias accumulando sibi densum lutum/ in auro et argento/ iure vel iniuria/ sibi seruientibus ei dolis fraudibus/ periurijs/ usura/ symoniaca et prauitate *Hanc* aquam quæ biberit sitiet iterum vehementius quidem et acius *Causat* enim ydropicam sitim auaricia apud quam profecto quo plus sit potest plus sitiuntur aque. **¶** *Miscet* luxuria sedam bituminosam atq̄ sulphuream aquam sapientie animalis que est ardens astucia pertingendi ad illecebrosas carnis voluptates non extinguentes sed augentes sitibundam carnis pruriginem sicut dicitur *Lucanus* **¶** Propinat et miscet superbia aquam sapientie diabolice/ que est curiosa libido cognoscendi subtilia/ sed inutilia/ superuacua sed nocua quoniam inflat ea/

lis scientia violento potu suo generat et torsiones. et enecat corda superborum/ hinc et cogitatio magicarum artium/ hinc adiutio et defensio nouarum peregrinarum et doctrinarum. Quo contra vinum sacre scripture liberat a curis/ ideo liber dici potest. Purissimum est mundans ab inquinamentis sobrium est suppressens omnem superbiam mentis dum in obsequium fidei omnem capriuat intellectum. De quo vino terminetur sub consideratione triplici questionis primum solutio.

### Prima consideratio

**In** mysticis christi et ecclesie nuptiis debet vinum theologicum tanquam optimus atque salubriter inebrians anteponi. Ratio/ nem dat archiditriclinus in euangelio/ ut eum inebriati fuerint non curent neque querat id quod deterius est/ contenti suauissimo prioris vini gustu/ quod sanar/ quod lenificat/ quod in consolationem etiam amara conuertit. *Iusticie* enim domini recte lenificantes corda. *Senserat* hoc sapiens qui ait. *Nihil* est dulcius quam respicere in mandatis domini/ hinc est illa propheta exclamatio quam dulcia faucibus meis super mel oris meo. *Duo* circa bibite amici clamat sapientia et inebriamini carissimi *Obediunt* rat anima que gloriabunda dicebat in epithalamio sponsi et sponse. *Introduxit* meretrix in cellam vinariam/ et propheta. *Calix* meus inebrians quam preclarus est/ *Hinc* dicitur vinum est illud ecclesiasticum in persona fidelium/ bibamus sobriam ebrietatem spiritus ritus. *Biberat* hanc ebrietatem petrus in monte qui factus est inde nesciens quid diceret. *Bibebant* hanc apostoli die penthecostes in taberna cenaculi grandis/ et strati/ dum supabundantissimo perfusi sunt vino supernaturalis sapientie/ omnem edocti veritatem salutarem *Sed* stulta gens multo madere deputat/ quos spiritus replentur *Vis* scire quantum in umbra figuratiter docuerit *Moyse* proponendum esse vinum de calogi/ quod est vinum fidei/ custodite inquit mandata domini dei vestri que precipio vobis. *Sequitur* hec est eius veritas sapientia et intellectus coram populis ut audientes vniuersa precepta hec dicant *En* populus sapiens et intelligens/ gens magna

predicare quidem et diuina voce fert vnus  
in quodam generali concilio respondisse/  
dum querebantur constitutiones noue sic/  
ri. Quid sibi vult inquit constitutionum ra-  
lis multiplicatio crucibus imponenda fi-  
delium euangelio nec cognito nec obfua-  
to/sciatur in pmissis et seruetur euangelium.  
Quid sonat aliud obsecro dictum tale q̄  
istud. omnis homo p̄mum bonum vinum  
ponit/ vere sic est/ sic agere conuenit eccle-  
sie synodaliter congregate. **D**icit aliq̄s  
reprobos ergo decretales et decreta summo  
rum pontificum constitutiones synodales  
diocesanorum/ et ita ita derelinquit. Non  
reprobo fateor/ scio dictum esse per christū  
qui vos audit/ me audit. scio legem euāge-  
licam stabilitam. Insuper naturalibus prin-  
cipijs et in regulis vniuersalibus reliquit/  
se p̄iculariū agibiliū determinationes apo-  
stolis et discipulis suisq̄ successoribus. Hūc  
vero qualis insania est deserere legerem regis  
deserere fontem vini sapientie salutaris vt  
stabilitur p̄mictis lex subditorum et ante  
ministratur/ non dicam vinum qualecūq̄  
sed aqua sapientie animalis et terrene. An-  
de sit plerūq̄ irritū mādatum dei p̄ se cō-  
formans christus ysaie verbis phariseos  
arguebat. Inuenies apud eos qui nomen  
sibi religionis appropriarunt/ plus punis-  
ri transgressiones humane constitutionis  
facis frivole super delatione vestis huius  
vel illius super visu cibi talis aut talis q̄ si  
blasphemando quis deum negauerit deie-  
rauerit violauerit sabbata eius et vniuersa  
decologi precepta. Quid vero de prelatiis  
sentire debeas/ curias suas intra sinodalia  
concilia lites/ punitiōes excoīones re do-  
cebunt. Quid q̄ fastidiunt vinum istud sa-  
crescripture conquisitores huius seculi/ q̄  
niam animalis homo non percipit que dei  
sunt/ stulticia em̄ est illi/ et sicut gustato spi-  
ritu desipit caro sic carne gustata d̄sipit spi-  
ritus et fit velut in occasu lumiose verita-  
tis. quoniam p̄terea tumens p̄ arrogantia  
animus dedignatur captiuare intellectum  
p̄rium in obsequium fidei. quia rursus vi-  
deri refugit quasi discipulus sub magiste-  
rio theologorū quos ideo despicit/ ne dum  
ignorare conscius est que sciunt/ ipse min⁹  
sapiens appareat in oculis suis vel alienis  
ita q̄ in theologie contemptū suam igno-  
rantiam consolantur.

### Consideratio secunda

**I**n nuptijs crescentis ecclesie dū vi-  
num sacre scripture seu theologicum p̄ia-  
batur discumbentibus principibus talijs  
ab arbitriis qui fuerunt doctores the-  
ologici/ tunc ecclesia dotata fuit ampla tē-  
poralitate sic formidandum ē ex contem-  
ptu vini huius/ ne tollantur aut notabili-  
terminantur dotes huiusmodi tempora-  
les ab eadem ecclesia

### Consideratio tertia

**I**n nuptijs ecclesie nunq̄ deesse poterit  
vinum theologicum q̄ est vinū fidei vsq̄  
ad consumationem seculi/ poterit tñ ap̄d pl̄-  
mos discumbentū et ministrantū i hīs nup-  
tjs veri vinū vel istud incoīeptum vel  
in nauseam vel in morbos varios i insani-  
am et in mortem. **H**as consideratiōnes  
vt i predicto sermōe latius exponerem nec

## De nuptiis

obmitterem purgebat zelus domus dei/zelus fidei/zelus presentis concilii/zelus professionis theoloice/q̄ videbatur tanq̄ potens crapulatus a vino nil metuens/sz obuia queq; vicia vel errata persequi nitens.

**S**obrietas vero moderatrix expectetur aut tempus aliud locus alter et actus/meli<sup>9</sup> est nichil q̄ pro rei magnitudine pauca dicere. **D**ulcis autem dicendis vt vides hora non suppetit/simul obseruandum est illud salustij a hieronimo comemoratum/frustra nisi/neque aliud se fatigando qua odium querere extreme dementie est. **Q**uo contra zelus in spiritu uehementi neque tardandum esse/neque dissimulandum sed importune et oportune ingerendam etiam nolentibus esse doctrine veritatem. **L**iberet animam suam quisquis est inductus predicator aut doctor in cathedra non pestilentie sed religionis cristiane. **Q**uid michi detractiones quid odia? quid irrisiones? quid ludibria quid persecutiones? felix mors quam veritas pepererit. **P**arcius ista/respondit sobrietas/memineris casuum petri thome et aliorum sine numero / q̄z primus ad cristum/ **E**tiam si oportuerit me tecum mori no te negabo/alter ad coapostolos eamus et moriamur cum eo. **P**uras q̄ in cella vinariam introduxerit te rex vide q̄ ordia uerit in te caritatez secundu sniam. **I**taque **I**taq; q̄ se existimat stare videat ne cadat.

**V**ix tandem isto alioq; plurimo sermone conpescuit tunc sobrietas zelus feruidu non vt pacem erroribus daret/absit/sz bellum quereret eo capitalius et efficacius q̄ moderatius tempora cospicit psonas et loca. ita quidem necesse est vt interim errores et vitia quos tollere nequit zelus a domo dei. toleret et gemat miserans eccie vicem horridam si in nuptiis eius p̄inare uinu bonum fidei conuiuiis symbolice conuenientibus vel non vocat vel non licet vel no expedit dum illud non pdesse sed obesse comperit eo q̄ pars non exigua uinuz istud optimum aut euz abominatione reicit nec bibit aut bibitum mor euomit cum nausea aut forte retentum uisceribus illud in felle um virus uertit. **C**ausantibus hoc ira furore odio dissimulatione tanq̄ humoribus no / r̄is quibus infectus est spiritus bibentis.

**P**orro studiositas speculatrix bitrodna ta t̄ p formadis q̄oib<sup>9</sup> pmissis/postulare videbatur in ipa meditatione mea dissolu

tionem earum/confestans nihil illic esse modicac acrimonie nihil odiose vel amare ueritatis. **C**onsentiens allegoria/accipe inquit p scda questione. primo q̄ sponsus ecclesie christus deus ipam se dignam no inuenit sed effecit. qz non ex operibus iusticie que fecimus nos sed fm miam suaz salu uos nos fecit et prior dilexit nos vt qui gloriatur in domino gloriatur seruicus ei euz timore et exultans cum tremore. **A**ccipe p̄ secudo q̄ sponsus ecclesie **J**esus recedens ex hoc mundo. non ita dereliquit ea sicut nec matrem ppriam dum uiuere qui habeat custodem continuu saltem seipius principaliter et ministerialiter pillos quibus dixit **E**cce ego uobiscum sum usq; ad consummationem seculi. **A**ccipe tertio q̄ sponsus ecclesie **J**esus dum comisit eam petro custodiendam illum maiori quo ad hoc insigniuit puilegio et autoritate q̄ iustu **J**oseph aut **J**ohanne euangelista dum eis in custodie cura ppriam commisit matrem. **A**ccipe quarto q̄ sponsus ecclesie sibi dedit omnia in manus uirtute dilectionis illius qua maiorem nullus habet/que est vt animam suam p eadem posuerit/quod etia (put arguit a plus) si seipm tradidit no omnia simul inferiora donauit. **P**auent igitur et cotremiscant qui sponsam hanc vel contempuit vel odio vel opprobrio uerbis aut operibus habuerint qui plenitudini p̄tatis sue non erubuerunt detrudere qm ira uirt sui no p̄cet in die vindicte/zelotes ego sum dicit dñs exercituum. **C**eteru dñ alteram formas q̄dem o studiositas q̄lis sit bitudo sponse huius ad sponsum suum et eius uicariu. **T**rado tibi pmo q̄ ob honore spon si debet eccia synodaliter aut no synodalit cōgregata tractare summū pontificē reuerent et honorifice cum omni beniuolētia si landabiliter imo et si tolerabiliter ip̄e pontifex tractat eam/dico tolerabiliter quonia in multis offendimus oēs et p̄usq; abijciatur/expectanda est iudicialis snia diuorij quēadmodū in ep̄is inferioribus hacten<sup>9</sup> obseruauit p̄cedentium patrum discretio. **T**rado p̄ter q̄ ob reuerentiā spon si d̄z ecclesia vicariū et custodem sibi datū noiare patrem/et ip̄m uelut dominum et caput suum/honoribus et obsequijs p se et filios suos sedulo p̄uenire. similiter et ecclesiaz romanam peculiari quodam consortio sibi iunctam/ueq; talem patrem conuenit de

tractionibus vel iniurijs exponere sed opere quo ad licentiam turpitudinem eius. **S**umatur exemplum in beata virgine que Joseph appellabat dominum suum venerans et proponens in loquendo eum sibi. Ecce ait pater tuus et ego dolentes querebam te etc. **T**rado nihilominus tertio quod si vicarius huiusmodi frigidus fuerit aut maleficiatus a deo quod ad generationem filiorum spiritualem sit inhabilis, talis existimari non debet idoneus ecclesie sponsus aut sponsi vicarius. Est autem generatio huiusmodi semen sanctum verbum dei seu fidei in varia traditio filiorum huius seculi. **T**rado rursus quod ecclesia si fiat vicarius sponsi sui fornicator aut adulter ducens viciniam et repudiatam et sordidam et meretricem contra iustitiam legis in leuitico si se uere tractauerit ecclesiam. **S**i spoliauerit eam vestitu suo per dilapidationem, si abuti voluerit per symoniam, si suffocauerit fetus suos intra vel extra uterum, per exempli perniciem si peremerit gladio mortis se scandaloze quod doctrine vel operis pestiferi vel nocte dissimulationis in correptione viciorum et heresum, tali debet dari libellus repudii presertim si vicium suis incorrigibilitatem addiderit, ne retentio sit in dedecus et contumeliam sponsi sui et in perniciem filiorum, et ne videatur sue nutritrix malicie. **Q**uerebas vterius quarto principali tero studiositas qualiter et quomodo utiliter deus carnale coniugium voluit spiritualis signum esse, ego paucis expediam. Nulla in primis videtur anime deuote consideratio suauior aliorum atque benignior, quam si pura cordis simplicitate et humilitate meditetur se sponsam christi, quoniam sicut in humanis affectibus amorosis, precellit dilectio sponse corporalis ad sponsum et e contra reciprocum super amorem patris et matris, sic non potuit amor mutuum anime ad deum et dei ad animam teneriori ut ita dicam, feruentiori et intimiori nomine vel exemplo tradi quam sponsi et sponse, hinc est illud epithalamium de canticis canticorum quod pro contemplatiuis et in anagogicos raptis excessus, Salomone tunc amabilis domini composuit, put sanctissimorum doctorum sinceritas exposuit. **P**orro nulla videtur ex aduerso periculosa meditatio quam si presumat anima fedis adhuc cogitationum desiderio quod fatalissima visibus oppleta sordida quod debere licenter as

surgere ut se recogitet sponsam christi. **I**ntercurrunt enim protinus nuptiarum carnalium turpes imagines que desideria pariunt turpiora. **R**ecogitet potius anima talis. **Q**uia deus vltionum dominus est terribilis in consilio super filios hominum. **D**iscat ad eum quis nouit potestatem ire tue et pre timore tuo iram tuam dinumerare. **S**i milia denique proponat sibi timoris incus, sua. **T**unc anima si magis inserim profecerit vocet et habeat christum ut patrem, ecclesiam ut matrem clamans in spiritu sancto Abba pater, denique tandem veniet ad oscula et amplexus sponsi. **T**radit Hieronimus morem apud hebreos hunc haberi quod audiendi cantica canticorum nullus admittatur minor annis, xxx. ne spiritualibus abutens carnalibus in carnalem ea verrat lasciuia. **A**d desecro coniugium. **A**de si non peccasset illud non fuisse sacramentum christi et ecclesie, sed bene dei ac rationalis creature ab eodem gratificet desponsare. **T**ene postremo virginiale coniugium Joseph et Mariæ licet consummatum non fuerit carnali mixtione, fuit tamen verum sacramentum christi et ecclesie. **T**um quod fuit in hoc coniugio cum virginitate materitas vera, et plis secunditas, quemadmodum est in ecclesia, non sic in consecratore virginum ubi non est secunditas nec in consummatione nuptiarum carnalium ubi desinit virginitas, fuit in super ratione proliis vera conformitas nature diuine cum humana. **E**t hic multa super hoc virginale sacratissimum quod coniugio salubriter et deuote meditata suppetunt purgatis aiabus in fide et moribus que pretereo, inquit allegoria linquens ea anagogie forori diuinitissime. **R**ursus ad aliud quod inquiris o studiositas, quo pacto materialis ecclesia spiritalis significet. **R**atio patet facilis ex institutione consecrationis et dedicationis sue. **U**nde picipuum redditur quis et quibus honoris quibus reuerentie cultus materiali debetur ecclesie contra begardorum errorem, contra superbiam illorum quos alloquitur apostolus dicens, an ecclesiam dei contempnitis contra dissolutiones indecoras seruientium deo cum garulationibus cum ineptissimis vanitatibus et insanis falsis. **D**enique non sine causa christi eiecisse legitur vendentes et ementes de templo, grauitate in tonas illud propheticum. **D**omus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam speluncam latronum, faciunt et nunc o saluter christe

## De nuptiis

Domus tuam stabulum porcorum grunientium vel canum latrantium vel ridicularum simearum non cogitantes animo quod exclaimauerit Jacob post visionem scale misti / ce in qua erant angeli ascendentes et descendentes / quod terribilis est locus iste. vere non est hic alius nisi domus dei et porta celi. **H**ic apertissime sacrum conuiuium nuptiarum christi et ecclesie celebratur et sumitur. **H**ic efficaciores sunt ceteris partibus orationes quae in loco vel puato vel pphano hoc pulcre post dedicationem templi saionis / deprecatione sua flexis genibus et manibus eleuatis dum laudaret deum et populo benediceret dedit intelligi. **S**imiliter in ornatu vario templi in ordine ministro rum. in cultu multiplici ceremoniarum debet accipi. in quibus singulis tot sunt misteria quot verba signa vel opera. **V**eniamus ad illud quod ultimo questum est. **Q**uibus modis et locis sacre scripture figuratur he nuptie christi et ecclesie. **A**nimaduerte triplex coniugium quale tradit foroz litera in tribus patriarchis. in Abraam. in Isaac. et in Jacob. **A**ttende conformiter mystice quoniam nubit deus humanitati in incarnatione. nubit anime singulari in fide et deuotione. nubit ecclesie vniuersali in perfecta carismatum omni dotatione et in elargitione bonorum tam vie quam patrie. **A**n delicta sit vna sponsa. sunt tamen sexaginta regine et xxx. concubine et adolescentularum non est numerus. **F**iguratur hec triplex coniunctio nuptialis in matrimonijs vt p diximus trium patriarcharum Abraham Isaac et Jacob. **V**is scire quomodo **L**ete coniunctus est Abraam cum Sara que sui nominis interpretatione sonat idem quod da carbo / puto quod non extinctus carbo / sed ignitus. ignis vero dum incorporatur carbo ni fit velut vnum ex ambobus / quonia carbo suscipit actiones ignis factus ardens et lucidus. **O**ro vide si non fuerit tale aliquid in humana natura dum vnica suppositodi uino facta est sicut ignitus carbo ardens per caritatem. lucens per honestatem. **F**acta quae est idiomatum comunicatio / virtute cuius homo dicitur creasse celos. et deus portasse dolores nostros. **I**ntende preterea quoniam niam habuit Abraam de Sara filium vnicum. cui nomen Isaac quod interpretatur dicitur risus vel gaudium in quo tota spes hereditatis erat reposita. **N**os vero nun /

quid non et matrimonio dei cum humana natura / risum suscepimus et gaudium reparationis nostre spem hereditatis perpetue. **F**alloz si non hoc gaudium nunciauerit angelus in die natiuitatis sponsi dum ait pastoribus. **E**uangeliso vobis gaudium magnum quod erit omni populo. **S**ed neque defuerunt encens neque donaria nuptiarum dum nunciata est gloria in excelsis deo. et in terra pacem hominibus bone voluntatis. **D**um in misterio floruisse perhibentur vinee engadi / cum ceteris miraculis. **L**eterum pro secundis nuptiis christi cum ecclesia. subiungamus figuram matrimonij Isaac cum Rebecca. cuius nominis interpretatio est / multum accipit. **E**t que sponsa / queso maius aliquid accepit a sponso quam a christo suscepit ecclesia. **P**otuerat hic dotes seu dotationes sue numerari super naturales. naturales spirituales et tempora / les. de quibus supra notauimus. **Q**uid quod fuerunt ex hoc matrimonio duo filij varie sortis et indolis. **J**acob bonus et simplex. **E**sau malus feror et discolor. de quibus a deo dicitur **J**acob dilexi / **E**sau autem odio habui. **P**er istos vero fratres quid aliud datur intelligi quam in ecclesia que est congregatio fidelium. diuersa generatio filiorum quorum sunt aliqui solo nomine christiani. alij re simul et nomine. **H**ali subinde persequuntur bonos sicut **J**acob et ab **E**sau multa perpressus est. **V**ix est itaque **J**acob in ecclesia quem non exerceat **E**sau malicia. **D**enique christi desponsationem cum anima singulari figurant nuptie **J**acob cum duabus sororibus **L**ya et **R**achel. **L**ya acriue vite. **R**achel contemplatiue typi gerit in anima deuota. quarum filios si nuere rare et ad figuram traducere studeremus. recensendus esset libellus ille **R**ichardi pulcerimus de duodecim patriarchis ad quem remittimus. **A**dde quod ad predicta **H**iesus totus desiderabilis tribus animam sciam appellat nominibus in canticis / sororem filiam sponsam. **S**ororem propter coniunctionem sui cum humana natura. **F**iliam propter coniunctionem sui cum ecclesia que mater est **S**ponsam propter coniunctionem sui per gratiam aut gloriam cum ipamet anima sancta. **C**onsidera tandem et inuenies nuptias omnes istas factas esse in chana galilee. **H**inc **Y**saia **Z**elus domini exercituum faciet has vices nuptias / **E**t hoc in galilea quam transmigratioe su

gnificat vide q̄ mirabilis q̄ multiplex trās  
migratio. dum diues fit egenus/eternus tē  
poralis/deus passibilis in p̄mo matrimo  
nio. dum igitur sc̄do dimisit ecclesia suos er  
rores/sua ydola/culturas deoz/cerimoni  
as iudeoz/dum in tertio fit anima de me  
retice sponsa xpi/sit vxor regis summi q̄ p̄  
us erat scortum vel mūdi vel carnis vel di  
aboli. **S**tudiositas his auditis gratias  
agens verita ē allegoriam vltra fatigare q̄  
mōlibet aut respo nsis que idcirco fines lo  
quendi fecit in imp̄catione p̄cipitatis ha  
bende cū his nuptijs xpi et eccie nūc et in se  
cula seculoz. **D**ibi vero ad meipm reuert  
enti zelus domus dei nō defuit qui moni  
tionibz sobrietatis obediens cōsenserat si  
lentio p̄teriri tunc declaratiōem duplicis ap  
posite cōsiderationis de vino sacre sapien  
tie. Erat eni zelus sc̄dam scientiam p̄terea  
fugiebat et multiloquij tedium / et amozere  
dargutionis odiū p̄stolans cōmodius lo  
cum alterum ips et acū. **E**xstimulauit me  
nihilominus postmodū crebro quidem et  
multum sibi vocem dari. que si negare pe  
tebat omnia scriptis inferi/inducebat seruu  
fabulose mīde qui domini vidēs asinas  
aures quia prodere palam rimuit submur  
murauit et infodit terre. vnde serunfarun  
dines exorte viciū mīde subfūlātes. **S**ua  
debebat zelus in p̄posito saltem ita fieri pro  
nūcians/neqz scientiam sibi que tempa p̄  
sonas et loca circūspicit/neqz compassiōis  
caritatem deesse. **R**ecte quidem quoniam  
hic demum zelus est laudabilis/ qui mala  
quelibet auferre vult q̄ videt in domo dei  
**S**ed si tollere nequit tolerat et gemit o  
lerat fm scientiam/gemit p̄ cōpassiōē. **E**st  
itaqz scientia sine zelo languēs. **E**st et zelus  
sine scientia p̄cipitans. **E**st et vtrūqz si deēt  
compassiō nimis amaricans et inducēs nō  
tam correctiōem viciū q̄ irritatiōem odij/ze  
lus igitur ad vim irascibilem/discretio ad  
rationales. compassiō ad concupiscibilem  
mouendas vno mutuo qz cōsensu spectāt  
vt ordinatus in se sit totus homo potens  
p̄zelus sapiens p̄ discretionem beniuolus  
p̄ compassiōem assecutus in hoc appria  
ta beatissime trinitatis/que sunt potentie/  
vigor/sapientie fulgor/beniulencie dul  
cor. in quibz fundant apud opationes lau  
dabiles modus species et ordo. **I**tem men  
sura numerus et pondus. **R**ursum vnitas  
veritas et bonitas/referēdo singula singu

lis appropriatis beatissime trinitati et q̄ om  
nia efficienter p̄ quas omnia exemplariter  
in qua omnia finaliter existunt. sicut ē om  
nibus causa essendi/ratio discernendi/et or  
do viuendi. **E**t quando zelus apud me cō  
scium se fatebatur habere sibi socias scient  
tiam atqz compositionem p̄cipue que nihil  
p̄ iniuriam. nihil in iram. scandalum. lūo  
rem. odium vel rancorem cuiusuis persone  
dicere vellet aut scribere sed ad extirpatiōz  
errozū et emendatiōē errantiū mozē ei ge  
rere disposui scriptis inserens que circa du  
plicis p̄dicte cōsiderationis p̄ractiōem de  
negligentia vini sacre scripture salubri mo  
nitione videntur annotanda.

**R**at igitur sc̄da p̄sideratio q̄ in  
nuptijs crescentis ecclesie etc. **F**eruo  
itacqz deuotionis qui  
principes et alios dotātes eccle  
siam mouit vnde queso genitus fuit si nō  
ex p̄cepto caloze vini spūalis sacre scrip  
ture uehementis ad eterna mentes suas terre  
noz amore calcato. **N**ūc autem si viderint  
